ροντες ἄλλης ἰδέας ἐνδύματα πάνυ ποικίλα, λατρεύοντες αὐτὸν μετ' εὐλαβείας τάχα. ἔμπροσθεν δὲ τῆς πρύμνης ἵστατο ὄρθιόν τι ὡς στῦλος, ἄνωθεν δὲ τοῦ στύλου ἐκείνου ὡς τράπεζα τετράγωνος, ὀλιγώτερον ὀργυιᾶς μιᾶς· ἐπάνω δὲ τῆς τραπέζης ἐκείνης ἀνὴρ ἵστατο ὡπλισμένος ἀπὸ ποδῶν ἕως κεφαλῆς, ἀστράπτων ὡς ἥλιος, κρατῶν δὲ καὶ ἀριστερᾷ αὐτοῦ ὅπλον φοβερόν· δεξιᾷ δὲ καὶ ἀριστερᾷ αὐτοῦ ἐκάθηντο δύο παῖδες ἀγγελικὰ φοροῦντες, καὶ πτερωτοὶ ἦσαν ὡς ἄγγελοι. καὶ οὗτοι οὐκ ἐν φαντασίᾳ, ἀλλ' ἀληθῶς ἄνθρωποι ἦσαν κινούμενοι. καὶ δύο λέοντες ἦσαν ἐν τῇ πρύμνῃ χρυσοῖ, καὶ μέσον αὐτῶν ἀετὸς δικέφαλος, καὶ ἄλλα πλεῖστα ὡς φαντάσματα, καὶ ἄλλα τινὰ ἃ οὐδεὶς δύναται γραφῇ παραδοῦναι· ἦν γὰρ ὠκὺς πάνυ ἡ τετραήρης, ὡς ποτὲ μὲν ἔμπροσθεν τῆς βασιλικῆς τριήρεως ποτὲ δὲ πλαγίως, καὶ ἐπορεύετο κύκλωθεν
41 μετὰ ἀλαλαγμοῦ καὶ σαλπίγγων πολλῶν. ἕτερα δὲ πλοιάρια καὶ ὁλκάδες ἦλθον, ὧν οὐκ ἦν ἀριθμός· ὡς ἀδύνατόν τινα ἀριθμῆσαι ἄστρα οὐρανοῦ καὶ φύλλα δένδρων ἢ ἄμμον θαλάσσης ἢ ψεκάδας ὑετοῦ, οὕτω κἀκεῖνα ἀριθμῆσαί τις οὐ δύναται. καὶ ἵνα μὴ πολλὰ λέγω καὶ διαλέγωμαι, ἰδοὺ προσήγγισεν ὁ δοὺξ τῇ βασιλικῇ τριήρει μετὰ τῆς γερουσίας αὐτοῦ, καὶ ἀνελθὼν ἐπροσκύνησε τὸν βασιλέα καθήμενον ἐπὶ θρόνου, ὧν ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ, ὡς εἴρηται, καθήμενος κατώτερον τοῦ βασιλικοῦ θρόνου. καθίσας οὖν

4. ὀλιγώτερον om P 8. φοροῦντες] ἐνδεδυμένοι P 14. ἐκ πλαγίων ποτὲ δὲ κύκλωθεν ἐπορεύετο P

dum vestimenta gestabant eumque magna cum reverentia venerabantur. ante puppim quiddam columnae instar erectum stabat, mensam quadratam orgyia aliquanto minorem sustinens, cui insistebat cataphractus, instar solis coruscus, sinistra gladium tenens horribilem: ad dextram sinistramque duo pueri in angelorum modum induti, et alati, sicut angeli, considebant, qui non imagine efficti, sed revera homines erant movebanturque. in puppi item duo leones aurei erant, et inter hos aquila biceps; et alia plurima simulacra aliaque spectacula, quae describere nemo possit. velocissima enim haec quadriremis erat, et nunc imperatoriam triremem antecedebat, nunc in obliquum currebat, et cum laetis vociferationibus tubarumque frequentium cantibus in orbem se agebat. ceterorum, quae adveniebant, navigiorum acatiorumque infinitus numerus erat: quae non magis, quam stellas coeli, aut folia arborum, aut arenam maris, aut pluviae guttas numerares. sed, ne longus sim, dux ad imperatoriam navem cum senatu accessit, qua conscensa imperatorem in solio sedentem adorat, cui dextra, imperatorio solio paulo inferior, ut diximus, frater eius

καὶ ὁ δοὺξ ἐξ ἀριστερῶν αὐτοῦ, ἐπὶ ὁμοίου σκάμνου τῷ τοῦ δεσπότου, καὶ κρατῶν αὐτὸν τῇ χειρί, συνωμίλουν ἀσπασίως. καὶ οὕτως κατὰ μικρὸν εἰσήρχοντο μετὰ παρρησίας μεγάλης, μετὰ σαλπίγγων καὶ παντὸς γένους μουσικοῦ, ἐν τῇ λαμπρᾷ καὶ μεγάλῃ Ἐνετίᾳ καὶ ὄντως θαυμαστῇ καὶ θαυμαστοτάτῃ, πλουσίᾳ ποικιλοειδεῖ καὶ χρυσοειδεῖ, τετορνευμένῃ πεποικιλμένῃ καὶ μυρίων ἐπαίνων ἀξίᾳ, τῇ σοφῇ καὶ σοφωτάτῃ, ἣν εἰ καὶ δευτέραν γῆν τῆς ἐπαγγελίας ὀνομάσῃ τις, οὐχ ἁμαρτάνει. περὶ αὐτῆς οἶμαι καὶ ὁ προφήτης λέγει ἐν τῷ εἰκοστῷ τρίτῳ ψαλμῷ "ὁ θεὸς ἐπὶ θαλασσῶν ἐθεμελίωσεν αὐτήν." τί γὰρ ἂν ζητήσῃ τις καὶ οὐχ εὑρήσῃ ἐν αὐτῇ; διὰ τοῦτο πολλῶν ἐπαίνων καὶ μεγάλων ἀξία ὑπάρχει. ἦν δὲ ὡσεὶ ὥρα ἕκτη τῆς ἡμέρας ὅτε ἤρξατο εἰσέρχεσθαι ἐν τῇ Ἐνετίᾳ, καὶ ἐπλεοπόρουν ἕως δύσεως ἡλίου, καὶ κατήντησαν ἐν τοῖς οἴκοις τοῦ τῆς Φερράρας μαρκίωνος. ἡ δὲ πόλις πᾶσα ἐσείσθη, ἐξελθόντες εἰς συνάντησιν τῷ βασιλεῖ, καὶ κρότος καὶ ἀλαλαγμὸς μέγας ἐγένετο. καὶ ἦν ἰδεῖν ἔκστασιν φοβερὰν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, τὸν πολυθαύμαστον ἐκεῖνον τοῦ ἁγίου Μάρκου ναόν, τὰ παλάτια τοῦ δουκὸς τὰ ἐξαίσια, καὶ τοὺς ἄλλους τῶν ἀρχόντων οἴκους παμμεγέθεις ὄντας, ἐρυθροὺς καὶ χρυσίῳ πολλῷ κεκοσμημένους, ὡραίους καὶ ὡραίων ὡραιοτέρους. οἱ μὴ εἰδότες ἐπ' ἀληθείας οὐ πιστεύσουσιν, ἀλλ' οἱ εἰδότες οὐ

3. εἰσήρχετο P 7. ἦν] ἐνετίᾳ M 11. εὑρεθήσεται P 12. ὑπάρχει καὶ ἔστιν. ἦν M 15. φεραρίας P 16. ἐξῆλθον M 22. πιστεύουσιν P

assidebat. considens deinde dux quoque sinistra, in inferiore scamno, uti despota, prehensa manu eius, humane et amice colloquitur. atque ita paulatim, magna cum pompa, tubarum et omnium musicorum instrumentorum cantu, inclitas et amplas Venetias intrabant, urbem vere admirandam et summe admirandam, opulentam, multiformem, auream et quasi tornatam versicoloremque, et mille merito afficiendam laudibus, urbem sapientem, immo sapientissimam, urbem denique, quam qui dixerit alteram terram promissionis, non erraverit. de hac, opinor, psalmo vicesimo tertio propheta dicit: " deus super mare fundavit eam." quid enim quaerat quispiam, quod illic non inveniat? qua de re multis et magnis laudibus digna est. erat autem hora circiter sexta, quum Venetias navibus intrare coeperunt, et navigarunt ad occasum solis usque, deverteruntque ad aedes marchionis Ferrarae. tota autem civitas commota erat, imperatori obviam se effundens, erantque laetantium plausus clamoresque ingentes; ac licebat stupente animo videre eo die templum illud admirandum S. Marci, palatium ducis egregium, ceterasque principum domus longe maxi-

δύνανται γραφῇ παραδοῦναι τὴν καλλονὴν καὶ τὴν θέσιν καὶ τῶν ἀνδρῶν ὁμοῦ καὶ γυναικῶν τὴν σύνεσιν, τὸ παμπληθὲς τοῦ λαοῦ, ἑστώτων πάντων καὶ χαιρόντων ὁμοῦ καὶ εὐφραινομένων ἐπὶ τῇ εἰσόδῳ τοῦ βασιλέως· ἐξέστη γὰρ ἡ ψυχὴ πάντων βλεπόντων τὴν τοιαύτην παρρησίαν, ὥστε λέγειν καὶ αὐτοὺς ἐν ἐκστάσει "ὁ οὐρανὸς σήμερον, ἡ γῆ καὶ ἡ θάλασσα γέγονε." δῆλον ὥσπερ τὰ ἐν τῷ οὐρανῷ κτίσματα καὶ ποιήματα τοῦ θεοῦ οὐ δύναταί τις αὐτῶν καταλαβεῖν, ἀλλὰ μόνον ἐκπλήττεται, οὕτω καὶ τὰ τῆς ἡμέρας ἐκείνης ἐκπλήττοντο θεάματα βλέποντες· ἀλλὰ πολλὴ μεταξὺ τῶν ἑτέρων διαφορά. ὅταν οὖν ἦλθον εἰς τὴν μεγάλην γέφυραν ἐκείνην ἣν καὶ Ῥεάλτον καλοῦσιν, καὶ ἦραν αὐτὴν ἄνω, ὑφ' ἧς διέβη ἡ τριήρης· ἦν δὲ κἀκεῖσε πλῆθος λαοῦ καὶ σημεῖα χρυσοειδῆ καὶ σάλπιγγες καὶ κρότοι καὶ ἀλαλαγμοὶ καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν πᾶν εἶδος ἐξαισίου θεάματος. ἔτι τοὺς ἐπαίνους καὶ τὴν τιμὴν ἣν ἔδειξαν πρὸς τὸν βασιλέα, τίς διηγήσεται; ἀπῆλθον οὖν, ὡς προεῖπον, ἐν τοῖς οἴκοις τοῦ μαρκίωνος. ἐκεῖσε γοῦν ἔστησαν τὴν τριήρην. ἦν δὲ ὥρα δύσεως ἡλίου· καὶ ἀποχαιρετίσας ὁ δοὺξ καὶ οἱ ἄρχοντες ἀπῆλθον οἴκαδε.

15. Φεβρουαρίου οὖν τῇ εἰκοστῇ ὀγδόῃ ἐξελθόντες τῆς
B Ἐνετίας ὅ τε βασιλεὺς καὶ ὁ δεσπότης καὶ πᾶς ὁ κλῆρος καὶ

7. γεγόνασιν ἐν P 13. σημαῖαι χρυσοειδεῖς P 17. προείπομεν P 20. 15] περίοδος ἀπὸ Ἐνετίας εἰς Φερράραν. MP

mas, purpura et auro ornatissimas, elegantes et elegantibus elegantiores. qui oculis non ipsi viderunt, non credent, qui viderunt, scribendo consequi nequeunt pulchritudinem illam et speciem virorum ac mulierum prudentiam, hominum frequentiam, qui laeti omnes gaudentesque et exsultantes super adventu imperatoris adstabant. obstupefiebant enim animi omnium, qui videbant novam hanc rem, ut etiam clamarent obstupefacti: "coelum hodie, terra et mare facta sunt:" unde apparet, quemadmodum quae in coelo a deo condita et creata sunt, nemo potest mente comprehendere, sed ea stupet tantummodo, sic illius diei spectacula qui intuerentur, stupuisse. quanquam magnum inter utrasque res discrimen est. quum igitur ad magnum illum pontem venissent, quem Realtum vocant, sublato eo, triremis transitum fecit. ibi quoque magna hominum multitudo erat cum vexillis auratis tubisque, ingens strepitus plaudentium et ovantium, denique omne, ut tribus verbis dicam, insignis spectaculi genus. ipsas autem laudes et honores, quibus imperatorem exceperunt, quis explicabit? deverterunt igitur, ut supra narravi, in aedes marchionis, ibique triremem stiterunt. fuit autem circa occasum solis. dux et primores, salutato imperatore, domum abierunt.

15. Februarii die vicesimo octavo egressi Venetiis imperator et

ἡ συνοδία αὐτῶν ἔπλεον Φερραρίας ὁδόν· ὁ δὲ πατριάρχης ἀπέμεινεν ἐν Ἑνετίᾳ δι' ἔνδειαν τῶν πλοιαρίων. οὗτοι δὲ ἦλθον, ἵνα τὰ διὰ μέσου ὡς μὴ πάνυ ἀναγκαῖα ἐάσω, εἰς τὸ καστέλλι Φραγγουλῆ· ἔνθα ἀπέσωσαν καὶ ἐστήσαντο ἅπαντα τὰ πλοῖα τὰ ἐκ τῆς Ἑνετίας εἰς Φερραρίαν ἐλθόντα. ἦλθον οὖν διὰ ξηρᾶς ἄρχοντες ἔφιπποι ὡσεὶ πεντήκοντα, καὶ προσεκύνησαν τὸν βασιλέα. καὶ ὁ λεγάτος ἦν μετ' αὐτῶν, ὅστις ποτὲ ἦλθε μετὰ τριήρεως τοῦ πάπα ἐν τῇ Κρήτῃ καὶ ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει· αὐτὸν γὰρ ἀπέσταλκεν ὁ πάπας ἰδεῖν τὴν βουλὴν τοῦ βασιλέως. τότε γοῦν προστάξας ὁ βασιλεὺς τοῦ ἀγαγεῖν αὐτῷ τῷ πρωῒ ἵππους ἑκατὸν πεντήκοντα, ὅπως πορευθῇ διὰ ξηρᾶς εἰς Φερραρίαν, ἔνθα ἦν ὁ πάπας. ἔμειναν οὖν ἐν ἐκείνῳ τῷ τόπῳ ἐκείνῃ τῇ νυκτί· τῷ δὲ πρωῒ κελεύσαντος τοῦ βασιλέως ἀπῆλθον τὰ πλοῖα διὰ τοῦ ποταμοῦ εἰς Φερραρίαν, αὐτὸς δέ, ὡς εἴρηται, ἐπορεύθη διὰ ξηρᾶς. τὰ δὲ πλοῖα διὰ τοῦ ποταμοῦ ἐπορεύθησαν. ὁ γὰρ βασιλεὺς διὰ ξηρᾶς ἀπελθὼν ὥρᾳ ἕκτῃ τῆς ἡμέρας εἰσῆλθεν ἔφιππος εἰς τὴν Φερραρίαν μετὰ τιμῆς μεγάλης καὶ παρρησίας· ἦσαν δὲ μετ' αὐτοῦ πολλοὶ μητροπολῖται, δηλονότι ἐπίσκοποι τοῦ πάπα, καὶ ὁ αὐθέντης τῆς χώρας ὡσαύτως ἤγουν ὁ μαρκίων, ἔτι δὲ καὶ ἱερεῖς τοῦ βασιλέως, καὶ ὁ πνευματικὸς αὐτοῦ ὁ μέγας πρωτοσύγκελλος κὺρ Γρηγόριος, καὶ ἕτεροι ὡσεὶ δια-

1. φεράρας P 12. φεράραν P

despota omnisque clerus comitatusque eorum Ferrariam versus navigarunt. patriarcha propter penuriam navigiorum Venetiis mansit. illi igitur, ut taceam, quae in medio acciderunt, quippe minus necessaria, ad castellum Frangulinum venerunt, quo appulsae sunt et in ancoris constiterunt naves omnes Venetiis Ferrariam proficiscentes. ibi per continentem equis advecti viri illustres circiter quinquaginta imperatorem venerabundi salutarunt: in quibus legatus erat, qui quondam in triremi papae in Cretam et Cpolim venerat. hunc enim papa ad explorandum animum imperatoris miserat. mandavit imperator, ut sisterentur sibi postero mane equi centum et quinquaginta, quibus terra Ferrariam iret, ubi papa erat. itaque, nocte in eo loco transacta, mane iussu imperatoris naves per fluvium Ferrariam subvectae sunt, ipse per terram, ut dictum est, iter fecit. dum igitur naves per fluvium aguntur, imperator, in continenti profectus, hora sexta Ferrariam magno cum honore et pompa equo insidens ingressus est. comitabantur eum multi metropolitae sive episcopi papae, et ipsius loci princeps, marchio, porro sacerdotes imperatoris eiusdemque spiritualis pater Gregorius, magnus protosyncellus, atque alii, numero ferme ducenti. ita igitur intrarunt cum tubarum et musicorum in-

κόσιοι τὸν ἀριθμόν. καὶ οὕτως εἰσῆλθον μετὰ τῶν σαλπίγγων καὶ παντὸς γένους μουσικοῦ. ἡ δὲ πόλις πᾶσα τῆς Φερραρίας συνέδραμεν ἰδεῖν τὴν τοῦ ἁγίου ἡμῶν αὐθέντου καὶ βασιλέως ἔλευσιν μετὰ αἰδοῦς καὶ τιμῆς καὶ εὐλαβείας. καὶ ὁ μὲν βασιλεὺς ἐκαθέζετο ἐφ' ἵππου ὡραιοτάτου μέλανος καὶ εὐτρεπισμένου μετὰ ἐρυθροῦ καὶ χρυσοϋφάντου χασδίου· ἄρχοντες δὲ καί τινες ἄλλοι συνηπείγοντο αὐτῷ, μετὰ οὐρανίας λευκοειδοῦς ἐπισκεπάζοντες αὐτόν, καὶ αὕτη ἐπιμελανίζουσα ὡς ἰδέα οὐρανοῦ. καὶ ἕτερος ἵππος λευκὸς ὡραιότατος, εὐτρεπισμένος καὶ αὐτὸς τὰ αὐτά, καὶ χρυσοῦς ἀετοὺς ἐπὶ τοῦ χασδίου ἔχων καὶ ἕτερα χρυσᾶ πλέγματα, ἐπορεύετο ἔμπροσθεν τοῦ βασιλέως, μὴ ἔχων ἀναβάτην. ὁ δὲ μακαριώτατος πάπας ἦν καθήμενος ἐπὶ τοῦ παλατίου αὐτοῦ μετὰ παντὸς τοῦ κλήρου, καρδινάλεων δηλαδὴ μητροπολιτῶν ἐπισκόπων ἱερέων καὶ ἄλλων τοῦ ἱερατικοῦ καταλόγου, καὶ ἀρχόντων καὶ αὐθεντῶν πολλῶν, ἐκδεχόμενοι τὸν βασιλέα. καὶ ἐλθόντες οἱ ἔμπροσθεν ἔφιπποι, τινὲς μὲν τῶν ἀρχόντων ἐπέζευσαν, καὶ αὐτὸς ὁ δεσπότης, καὶ εἰσῆλθον διὰ τῆς μεγάλης πύλης ἔνδον τοῦ παλατίου, οὗ ἦν ὁ πάπας· τὸν δὲ βασιλέα εἰσήγαγον ἔφιππον δι' ἑτέρας πύλης. γνοὺς οὖν ὁ πάπας ὅτι ἐγγύς ἐστι τῆς πύλης ὁ βασιλεύς, ἀνέστη καὶ περιεπάτει. ὃν καὶ εὗρεν ὁ βασιλεὺς ὄρθιον· καὶ θέλων γονυπετῆσαι, οὐκ ἀφῆκεν αὐτὸν ὁ πάπας ἀλλ' ἐδέξατο αὐτὸν εἰς τοὺς κόλπους

2. μουσικῶν P 10. τοῦ om P 17. ἐπέζευξαν MP

strumentorum omnis generis strepitu; concurritque civitas Ferrariensium universa ad videndum sacratissimi domini nostri et imperatoris introitum, cum observantia, honore et verecundia. sedebat imperator in equo formosissimo nigri coloris, cui iniectum erat stratum serici villosi purpurum et auro intertextum. stipabant eum principes et alii quidam, aulaeo candidi coloris eum opacantes, nigricante tanquam coeli imago. alius equus candidus et ipse formosissimus et simili modo ornatus, in cuius strato aquilae aliaeque figurae auro intextae erant, imperatorem praecedebat, carens equite. sanctissimus papa in palatio suo cum toto clero, h. e. purpuratis, metropolitis, episcopis, sacerdotibus, ceterisque ecclesiasticis, et viris principibus ac dominis multis, imperatorem exspectans, sedebat. advectis, qui agmen ducebant, equitibus, e principibus nonnulli descenderunt, inter quos ipse despota fuit, ac per magnam portam palatii, ubi papa erat, ingressi sunt; imperatorem per aliam portam equo insidentem introduxerunt. papa, cognito, imperatorem ad portam adesse, surrexit et inambulavit, et ita spatia facientem offendit eum imperator: qui quum in genua vellet procumbere, non id permisit papa, sed eum

αὐτοῦ, καὶ δοὺς τὴν χεῖρα, ἠσπάσατο αὐτὴν ὁ βασιλεύς, καὶ ἐκάθισεν αὐτὸν ἐξ ἀριστερῶν αὐτοῦ. οἱ δὲ καρδινάλιοι παρὰ τοὺς πόδας αὐτῶν, ποιήσαντες τὸν ἐν Χριστῷ ἀσπασμόν. καὶ ὁμιλήσαντες λόγους μυστικοὺς τῆς εἰρήνης ἀνεχώρησαν ἀπ' ἀλλήλων· καὶ ὁ μὲν πάπας ἔμεινεν ἐν τῷ παλατίῳ αὐτοῦ, ὁ δὲ βασιλεὺς ὑπὸ τῶν συνερχομένων αὐτῷ ἐφίππων ἤχθη μετὰ σαλπίγγων ἐν ἑτέρῳ παλατίῳ εὐτρεπισμένῳ πάνυ 42 καλῶς, κἀκεῖσε ἀνεπαύσατο μετὰ τῶν ἀρχόντων αὐτοῦ καὶ τῶν ὑπηρετῶν βασιλικῶς, μηνὶ Μαρτίῳ τετάρτῃ ἡμέρᾳ.

16. Πλησιάσαντος τοίνυν τοῦ πατριάρχου ἡμῶν ἐν τῷ ἐρύματι Φραγγουλῆ, ἔτι αὐτοῦ μακρὰν ἀπέχοντος, ἰδοὺ πρὸς συνάντησιν αὐτῷ ναῦς τις ἐρχομένη κατάχρυσος καὶ συρομένη ἐν τῷ ποταμῷ παρὰ τῆς σκάφης αὐτῆς, καὶ ἐζήτουν τὸν πατριάρχην εἰσελθεῖν ἐν αὐτῇ· ἦν γὰρ διόροφος καὶ τριόροφος, ὡς ἡ παλαιὰ ἐκείνη τοῦ Νῶε κιβωτός. καὶ ἐκείνη ἀσφαλῶς ἦν περιησφαλισμένη. αὐτὴ μέν, ὅσον μὲν ἐν τῷ ὕδατι, πίσσῃ κεχρισμένη ὑπῆρχεν, ὅσον δὲ τὸ φαινόμενον, ἐν χρώμασι διαφόροις ἦν κεκαλλωπισμένη· μικρὸν δὲ ἀνωτέρω παραθυρίδες τετορνευμέναι, ὡς ἄν τις εἰκάσαι, μετὰ κιόνων λεπτῶν ἦσαν αὐταὶ καὶ μετὰ μαρμάρων κοκκίνων, καὶ ἄνωθεν τούτων πρόκυψις ὡραιοτάτη, ὑπεράνω δὲ πάσης τῆς νηὸς κύκλωθεν πολεμικὰ ὄργανα, καὶ ἐν μέσῳ μαγειρεῖον διὰ

5. ἀπῆλθεν P 9. δ^η ἡμέρᾳ γ^η: P 10. 16] περὶ τῆς ἐλεύσεως τοῦ πατριάρχου εἰς Φερραρίαν MP 11. ἐρείσματι P 13. διὰ τῆς σκαφίδος P

complexus porrectaque dextera, quam ille osculatus est, ad sinistram suam collocavit. purpurati autem ad pedes eorum consederunt salutatione in Christo peracta. deinde arcano de pace collocuti, digressi sunt; et papa quidem in palatio suo mansit, imperator ab equitibus, quibuscum venerat, in aliud palatium, splendidissime instructum, cum tubarum cantu deductus est, atque ibi cum optimatibus et ministris suis regie deversatus est, mensis Martii die quarto.

16. Accedente patriarcha nostro ad castellum Frangulinum, sed tamen longe adhuc absente, navis inaurata ei obviam mittitur, per flumen a scapha sua tracta, rogaturque patriarcha, ut eam conscenderet: habebat enim duo et tria tabulata, sicut vetus illa arca Noë, et bene undique erat communita, quantum sub undis erat, pice illita, quantum undis eminens, coloribus variis decorata. paulo superius fenestrae opere, ut quis putaret, tornatili, cum columellis e rubro marmore; et supra has proiectura pulcerrima. in summa navi circumcirca disposita erant arma bellica, et in medio culina ob ascensum fumi in coelum liberum. scalae erant tum ad puppim, tum ad

τὸ ἄνωθεν εἶναι τοῦ καπνοῦ, καὶ κλῖμάξ τις παρὰ τῇ πρύμνῃ καὶ ἑτέρα τῇ πρώρᾳ πρὸς τὸ ἀνέρχεσθαι καὶ κατέρχεσθαι τοὺς ὑπηρέτας αὐτῆς. ἔσωθεν δὲ παλάτιον ἄλλο, ὡσάν τις εἴπῃ ναὸν περικαλλῆ, καὶ κοιτῶνες διάφοροι περικεκαλυμμένοι βηλοῖς χρυσοῖς· κύκλωθεν δὲ ἀναβαθμίδες καὶ προβαθμίδαι καὶ θρόνοι καὶ παραπετάσματα κατεστρωμένα τάποις μακροῖς, κύκλωθεν θεωρία λαμπρὰ καὶ περιφανὴς καὶ ἀξιέπαινος. κάτωθεν δὲ τοῦ παλατίου ἄλλο ὡς κατώγαιον αὐτοῦ καὶ ὑποθῆκαι ὑπῆρχον πολλαί, αἱ μὲν οἴνου αἱ δὲ ἰχθύων αἱ δὲ τροφῶν ἄλλων. ἡ δὲ καλάθωσις τοῦ ὀρόφου αὐτῆς καὶ ἡ θαυμαστὴ ἀπόθεσις καὶ ἀνάπαυσις τῶν κοιτώνων ἐν αὐτῇ ὑπῆρχον ὡραιόταται. κατὰ τὴν τῶν Ἰταλῶν οὖν διάλεκτον ἐκαλεῖτο ἡ ναῦς ἐκείνη ὁρομπούρκιον. εἰσῆλθε γοῦν ἐν αὐτῇ ὁ πατριάρχης μετὰ τῶν ἀρχιερέων καὶ παντὸς τοῦ κλήρου· καὶ ἦν ἰδεῖν πλέουσαν τὴν νῆα διὰ τοῦ ποταμοῦ ὡσεὶ παλάτιον, καὶ μηδ' ὅλως εἰκάζουσαν εἶναι ἐν ὕδατι ἀλλ' ὡς ἐπὶ ξηρᾶς. πλεύσαντες οὖν διὰ τοῦ ποταμοῦ ἦλθον εἰς Φερραρίαν, καὶ ἔπεμψαν ἀπὸ Ἑνετίας πρὸς τὸν πάπαν πρέσβεις τὸν Ἡρακλείας μητροπολίτην κὺρ Ἀντώνιον καὶ τὸν Μονεμβασίας κὺρ Θεοδόσιον. τῷ πρωῒ δέ, ὥρᾳ πρώτῃ τῆς ἡμέρας, παρεγένοντο τέσσαρες καρδινάλιοι καὶ ἐπίσκοποι πέντε ἐπὶ εἴκοσι, καὶ ὁ μαρκίων ὁ τῆς Φερραρίας κύριος, καὶ σὺν αὐτῷ πλῆθος ἀρχόντων ἐφ' ἵππων καὶ ἡμιόνων ὀχουμένων,

1. τὸν καπνὸν P 5. καὶ προβαθμίδαι om P 9. ἀποθῆκαι?
11. ἀπόθεσις καὶ om M

proram, quibus nautici ministri ascenderent et descenderent. intus quasi palatium erat, quod diceres templum elegantissimum, et diversa conclavia, convestita velis aureis; in circuitu gradus erant et scamilla, throni et longorum tapetorum aulaea: circumcirca adspectus splendidus, magnificus et elegans. infra palatium aliud quasi subterraneum conclave, et cellae complures, aliae vini, aliae piscium, aliorumve esculentorum. lacunaria et cubiculorum ad cubandum et quiescendum accommodatio pulcherrima erant. appellabatur autem navis illa Italorum lingua horoburcion. intravit igitur eam patriarcha cum archiepiscopis et universo clero, eratque eam nantem per flumen palatii instar intueri, ut neutiquam in aqua esse, sed in terra videretur. itaque flumen emensi, Ferrariam venerunt, ac miserunt Venetiis ad papam legatos Antonium, Heracleae metropolitam, et Theodosium, episcopum Monembasiae. postridie, prima hora, adfuerunt patriarcham salutatum purpurati quatuor, episcopi viginti quinque, marchio, Ferrariae dominus, et cum hoc viri nobilissimi permulti partim equis,

συναντῆσαι τῷ πατριάρχῃ. ἦν δὲ ὁ πατριάρχης ἔφιππος, ἐρχόμενος ἐν τῷ μέσῳ δύο καρδιναλίων μετὰ τιμῆς μεγάλης. καὶ εὐθὺς ἀνελθόντες εἰς τὸ τοῦ πάπα παλάτιον ἠσπάσαντο ἀλλήλους τῷ ἁγίῳ φιλήματι.

Ἀφίεμεν οὖν τὰ ἐν τῇ συνόδῳ συμβάντα, καὶ τὰ ἀπὸ τούτων εἰς ἡμᾶς παρακολουθήσαντα εἴπωμεν.

17. Τῷ δὲ ͵ςϡμϛʹ ἔτει, τῇ κϛʹ Ἰανουαρίου μηνός, ηὐλογήθην ἐγὼ Ἑλένην τὴν θυγατέρα τοῦ ἐπὶ κανακλείου Ἀλεξίου Παλαιολόγου τοῦ Ἐξαμπλάκωνος· καὶ ἦν ἐν τῷδε τῷ συνοικεσίῳ παράνυμφος ὁ αὐθέντης μου ὁ δεσπότης κὺρ Κωνσταντῖνος, ὁ κατὰ τὸ ἡμέτερον ἔθος στεφανώσας ἡμᾶς. καὶ Μαΐου πρώτῃ τοῦ ͵ςϡμζʹ ἔτους ἐγεννήθη μοι υἱὸς τοὔνομα B Ἰωάννης, ὃν καὶ ὁ προρρηθεὶς αὐθέντης μου ὁ δεσπότης ἀνεγέννησε διὰ τοῦ θείου βαπτίσματος.

Τῇ δὲ ιζʹ τοῦ Δεκεμβρίου τοῦ ͵ςϡμηʹ ἔτους τοῦ παρόντος ματαίου βίου μετέστη ἡ δέσποινα ἡ κυρία Μαρία ἡ ἀπὸ τῆς Τραπεζοῦντος, καὶ τῇ πρώτῃ Ἰουνίου μηνὸς τοῦ αὐτοῦ ἔτους ἀπέθανε καὶ ἡ δέσποινα κυρία Εὐγένεια ἡ τοῦ Κατελιούτζη θυγάτηρ τοῦ τῆς Λέσβου αὐθέντου, καὶ ἐτάφησαν αὗται ἐν τῇ τοῦ Παντοκράτορος μονῇ· καὶ σφοδρὸς εἴ πέρ ποτε χειμὼν τότε ἐγένετο. καὶ τῇ ιζʹ τοῦ αὐτοῦ μηνὸς τὸ κοινὸν χρέος ἐπλήρωσε καὶ ἡ κυρία Ζωὴ ἡ βασίλισσα, καὶ

1. συναντῆσαι τῷ πατριάρχῃ om M 5. τὰ et εἴπωμεν om M 7. δέκατον ὄγδοον P 9. ζαπλάκωνος P 12. μαΐω P 16. ματαίου om P ἡ κυρία δέσποινα P

partim mulis vecti. equitabat etiam patriarcha, procedens inter purpuratos duos magno cum splendore. ingressi statim palatium papae, invicem se salutarunt osculo sancto.

Sed mittamus iam, quae in synodo acta sunt, et dicamus, quae nobismet deinceps evenerunt.

17. Anno 6946, Ianuarii die 26, duxi ego uxorem Helenam, filiam Alexii Palaeologi Examplaconis, canacleo praefecti. eius coniugii paranymphus dominus meus Constantinus despota fuit, qui ex more nostro nos coronavit. primo die Maii anni 6947 natus est mihi filius, nomine Iohannes, quem idem ille dominus meus despota e sacro fonte suscepit.

Die Decembris decimo septimo anni 6948 cessit ex hac inani vita despoena Maria Trapezuntia, et primo die Iunii eiusdem anni etiam despoena Eugenia, Cateliutzae, Lesbiorum principis, filia, mortem obiit, sepultaque est utraque in monasterio Pantocratoris. dura tum hiems erat, si unquam antea. die decimo septimo eiusdem mensis commune debitum persolvit Zoë imperatrix, et sepulta est in monasterio Mar-

ἐτάφη ἐν τῇ τῆς κυρίας Μάρθας μονῇ. καὶ τῷ Φεβρουαρίῳ μηνὶ τοῦ αὐτοῦ ἔτους ἐπανέστρεψαν πάντες εἰς Κωνσταντινούπολιν οἱ ἐν τῇ Ἰταλίᾳ ἀπελθόντες ἕνεκεν τῆς συνόδου, ὁ βασιλεὺς λέγω καὶ ὁ δεσπότης καὶ οἱ λοιποί, ἄνευ τῶν ἐκεῖσε ἐν Ἰταλίᾳ ἐναπολειφθέντων τριῶν, τοῦ πατριάρχου κὺρ Ἰωσὴφ ἐν Φλωρεντίᾳ πρὸς κύριον ἐκδημήσαντος καὶ τοῦ Σάρδεων μητροπολίτου ἐν Φερραρίᾳ· καὶ ὁ Νικαίας πρόεδρος ἐν Ῥώμῃ ἐναπέμεινε τοὔνομα Βησσαρίων, ὃν μετὰ τὴν τοῦ πατριάρχου ἀπὸ τῶν ὧδε ἀποδημίαν ὁ βασιλεὺς καὶ ἡ σύνοδος αὐτὸν εἰς πατριάρχην ἐψηφίσαντο. εἶτα ἕνεκέν τινων συγχύσεων καὶ σκανδάλων μὴ ἐλθὼν εἰς Κωνσταντινούπολιν ἀλλ' εἰς Ῥώμην προσμείνας, ὁ ἄκρος ἀρχιερεὺς καρδινάλην ἐποίησεν αὐτὸν καὶ πλεῖστα σιτηρέσια αὐτῷ ἐδωρήσατο. τῇ δὲ κζʹ Μαρτίου τοῦ αὐτοῦ ἔτους, τῇ τῆς τοῦ Χριστοῦ ἀναστάσεως κυριακῇ, ἐγεννήθη μοι ὁ δεύτερος υἱὸς Ἀλέξιος, ὃς μετὰ τριάκοντα ἡμέρας ἀπέθανε. καὶ τῷ ἔαρι τοῦ αὐτοῦ ἔτους ἐγένετο πατριάρχης Κωνσταντινουπόλεως κὺρ Μητροφάνης ὁ πρὶν Κυζίκου μητροπολίτης.

18. Καὶ τῇ ϛʹ Δεκεμβρίου μηνὸς τοῦ ͵ϛμθʹ ἔτους προσετάχθην ἀπελθεῖν με εἰς Λέσβον, ἔνθα καὶ κατέστησα ἵνα εἰς γυναῖκα λάβῃ ὁ δεσπότης κὺρ Κωνσταντῖνος ὁ αὐθέντης μου τὴν κυρίαν Αἰκατερίναν, θυγατέρα τοῦ τῆς εἰρημένης νή-

7. ὁ δὲ Βησσαρίων τοὔνομα, ὃς καὶ τῆς Νικαίας πρόεδρος ἦν, ζῶν ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐναπέμεινεν, ὃν P   14. κζʹ μαρτίου μηνὸς P   15. ὁ δεύτερος om P   ὃς — ἀπέθανε] καὶ ζήσας τριάκοντα ἡμέρας μόνον M

thae. mense Februario eiusdem anni, quotquot synodi causa in Italiam profecti fuerant, Cpolim redierunt, imperator, Demetrius despota, et reliqui, tribus in Italia relictis, Iosepho patriarcha, qui Florentiae ad dominum concessit, Sardiensium metropolita, qui Ferrariae obiit, et Bessarione, Nicaeae episcopo, qui Romae mansit; quem post Iosephi patriarchae obitum imperator et synodus subrogarunt in locum eius. at ille propter perturbationes rerum et contentiones quasdam non venit Cpolim, sed Romae haerens, a summo illo archiepiscopo purpuratus factus et stipendiis liberalissime donatus est. eodem anno, die vicesimo septimo Martii, quae erat dominica resurrectionis, alter filius mihi natus est, Alexius, qui tamen intra dies triginta obiit. vere eiusdem anni patriarcha Cpolis factus est Metrophanes, qui ante metropolita Cyzici fuerat.

18. Die sexto Decembris anni 6949 in Lesbum missus sum, ut Constantinus despota, dominus meus, Aecaterinam, Notarae Palaeologi Cateliutzae, eius insulae principis, filiam, in matrimonium acci-

σου αὐθέντου κὺρ Νοταρᾶ Παλαιολόγου τοῦ Γατελιούτζη, καὶ τὴν τοῦ γάμου μνηστείαν ἐποίησα. τῇ δὲ ις' Ἀπριλλίου τοῦ αὐτοῦ ἔτους, τῇ τοῦ πάσχα ἁγίᾳ κυριακῇ, ἐγεννήθη μοι θυγάτηρ τοὔνομα Θάμαρ, ἣν ἀνεδέξατο καὶ αὐτὴν ἐκ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος ὁ εἰρημένος δεσπότης κὺρ Κωνσταντῖνος ὁ αὐθέντης μου. καὶ τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ καὶ ὁ Παῦλος Ἀσάνης παραλαβὼν τὴν θυγατέρα αὐτοῦ Ἀσανίναν ἔφυγεν εἰς Μεσημβρίαν, δι' αἰτίαν ὅτι ἐρώμενος αὐτῆς ὁ δεσπότης κὺρ Δημήτριος εἰς λέχος ἐζήτει αὐτήν, ὁ δὲ βασιλεὺς καὶ κὺρ Κωνσταντῖνος ὁ δεσπότης καὶ οἱ αὐτάδελφοι αὐτοῦ ἅμα τῇ δεσποίνῃ καὶ μητρὶ οὐκ ἠνέσχοντο ἀκοῦσαι. ἐν δὲ τῷ ἀπελθεῖν αὐτὸν εἰς Μεσημβρίαν καὶ ὁ δεσπότης κὺρ Δημήτριος ἐκεῖσε κρυφῶς παραγενόμενος εἰς νόμιμον γυναῖκα ἔλαβεν αὐτήν. τῇ δὲ κζ' τοῦ Ἰουλίου μηνὸς τοῦ αὐτοῦ ἔτους ἀπῆλθεν εἰς Λέσβον ὁ αὐθέντης μου ὁ δεσπότης κὺρ Κωνσταντῖνος μετὰ βασιλικῶν τριήρεων, καὶ ἔλαβεν εἰς γυναῖκα τὴν εἰρημένην κυρίαν Αἰκατερίναν τὴν Κατελιούτζεναν, δρουγγαρίου ὄντος ἐν ταῖσδε ταῖς τριήρεσιν Λουκᾶ τοῦ Νοταρᾶ τοῦ μετὰ ταῦτα μεγάλου δουκὸς γενομένου. καὶ τῷ Σεπτεμβρίῳ μηνὶ τοῦ ςϡν' ἔτους καταλείψας ἐκεῖσε τὴν δέσποιναν καὶ γυναῖκα αὐτοῦ ὁ αὐθέντης μου, εἰς τὸν αὐτῆς πατέρα ἤλθομεν 43 εἰς Πελοπόννησον μετὰ τῶν αὐθεντικῶν τριήρεων καὶ ἑτέρας ἄλλης τριήρεως τῆς Λέσβου. τῇ δὲ κ' Ὀκτωβρίου

1. ντορῆ P κατελιούτζη P 7. λεσβερίαν M 9. ὁ δὲ δεσπότης κὺρ Κ. P 11. αὐτὸς δὲ ἐν τῷ ἐπανελθεῖν εἰς Μεσημβρίαν καὶ τοῦ δεσπότου κυρίου Δημητρίου ἐκεῖ κρυφῶς παραγενομένου εἰς P 23. κδ' P

peret, ac perfeci coniugii sponsalia. eiusdem anni Aprilis die decimo sexto, ipsa dominica paschae, Thamar filiam suscepit, quam et ipsam Constantinus despota, dominus meus, e sacro baptismate sustulit. eodem die Paulus Asanes, cum Asania filia Mesembriam profugit, quoniam eius amore captus Demetrius despota lecti sociam eam expetebat, imperator autem et Constantinus despota, eius fratres germani, cum despoena matre id nec audire sustinebant. die vicesimo septimo Iulii eiusdem anni dominus meus, despota, regiis triremibus in Lesbum profectus est accepitque in matrimonium Aecaterinam illam Cateliutzenam, drungario navibus praefecto Luca Notara, qui postea magnus dux factus est. mense Septembri autem anni 6950 dominus meus, despoena uxore apud eius patrem relicta, assumsit me in Peloponnesum, triremibus principalibus et una Lesbica usus. vicesimo Octobris die ad ameram et imperatorem ablegatus sum, cum secreto

τοῦ αὐτοῦ ἔτους προσταχθεὶς ἐγὼ διέβην πρέσβυς πρὸς τὸν ἀμηρᾶν καὶ πρὸς τὸν βασιλέα, ἔχων καὶ ἀπόκρυφον μυστήριον, ὅτι ἐὰν δώσῃ τοῦτο ὁ βασιλεύς, ἀπελθεῖν με πρὸς τὸν δεσπότην κὺρ Δημήτριον ἄνω εἰς τὴν Μεσημβρίαν, καὶ δώσω ἐκείνῳ ἅπαντα τὸν τόπον ὃν ὁ αὐθέντης μου ἐν τῇ Πελοποννήσῳ εἶχεν· αὐτὸς δὲ ἔλθῃ πάλιν εἰς τὴν πόλιν, καὶ ἔχῃ τὴν Σηλυμβρίαν καὶ τὰ ἄλλα τὰ ἐκεῖσε τῆς μαύρης θαλάσσης ἤτοι τοῦ Εὐξείνου πόντου ἄχρι τῶν Δέρκων, διὰ τὸ ἐγγὺς εἶναι τῆς πόλεως ἕνεκεν τῆς ἐλπίδος τῆς βασιλείας, ὡς ἠγάπα καὶ ὁ βασιλεύς, ὅς με καλῶς ὑπεδέξατο. καὶ ἀπέσωσα ἐγὼ τῷ Ἰανουαρίῳ μηνὶ εἰς Μεσημβρίαν πρὸς τὸν δεσπότην κὺρ Δημήτριον· αὐτὸς δὲ ἦν ἑτοιμάζων ἵνα κατὰ τῆς πόλεως καὶ τοῦ βασιλέως καὶ ἀδελφοῦ αὐτοῦ ἔλθῃ, καὶ ἀπέπεμψέ με ἄπρακτον ἕνεκεν τούτου. καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις ἐν αἷς διέτριβον ἐγὼ ἐκεῖσε, ἐν ἀποπληξίᾳ δεινῇ περιπεσὼν ὁ Παῦλος ἐναπέψυξεν. ἐμοῦ δὲ ἐπαναστρέψαντος εἰς τὴν πόλιν, καὶ προσμένοντός μου ὅπως ὁρισμῷ τοῦ βασιλέως ἐπανέλθω πρὸς τὸν αὐθέντην μου εἰς Πελοπόννησον, ἰδοὺ τῇ κγ΄ τοῦ Ἀπριλλίου μηνὸς τοῦ αὐτοῦ ἔτους ἐπέδραμεν ὁ δεσπότης κὺρ Δημήτριος μετὰ στρατοῦ καὶ ἀπέκλεισε τὴν πόλιν, φθείρας καὶ ζημιώσας οὓς εὗρεν ἔξωθεν, ἔχων καὶ μεθ' ἑαυτοῦ συμμάχους μέρος ἱκανὸν ἐκ τοῦ τῶν Τούρκων στρατοῦ· ἐν ᾧ δὴ μηνὶ ἐγεννήθη αὐτῷ ἡ θυγάτηρ ἣν ἔλαβεν ὕστερον εἰς γυναῖκα ὁ ἀμηρᾶς Μεεμέτης. καὶ τῷ Ἰουλίῳ

7. Μεσημβρίαν P, Σηλυβρίαν margo 23. ἡ om P 24. μεχεμέτης P

mandato, ut, si assentiretur imperator, transirem Mesembriam ad Demetrium despotam, eique oppida et loca omnia traderem, quae in Peloponneso dominus meus habebat; ipse, Cpolim reversus, Selymbriam cum locis ad mare nigrum sive pontum Euxinum finitimis usque Derca haberet, urbi vicinus esse cupiens propter spem imperii. probata haec sunt ab imperatore, qui benigne me excepit. itaque mense Ianuario Mesembriam ad Demetrium despotam salvus perveni, qui tamen, ad bellum Cpoli et imperatori ac fratri inferendum quum maxime se parans, re infecta me dimisit. diebus autem, quibus illic commorabar, Paulus gravi tactus apoplexia exspiravit. reverso me igitur in urbem, et exspectante, ut iussu imperatoris ad dominum meum in Pelopennesum redirem, ecce die vicesimo tertio Aprilis eiusdem anni Demetrius despota cum exercitu adfuit et eversis deletisque, quoscunque foris offendit, urbem obsedit, auxiliis satis magnis Turcarum adiutus. eodem mense filia ei nata est, quam postea in matrimonium duxit Mehemetes ameras. mense Iulio eius-

μηνὶ τοῦ αὐτοῦ ἔτους ἐρχομένου τοῦ αὐθέντου μου καὶ δεσπότου κὺρ Κωνσταντίνου εἰς βοήθειαν τῆς πόλεως, καὶ διὰ τῆς Λέσβου διελθόντος, ἔλαβε καὶ τὴν δέσποιναν τὴν ἑαυτοῦ σύζυγον μεθ' ἑαυτοῦ· καὶ ἐν τῇ Λήμνῳ ἐλθόντος ἐπολεμήθη ὑπὸ τοῦ στόλου παντὸς τῶν Τούρκων ἡμέραις πολλαῖς ἐκεῖ εὑρεθέντος· τῇ δὲ θεοῦ βοηθείᾳ ἀπῆλθεν ἄπρακτος ἀπ' αὐτοῦ ὁ στόλος. ἡ δὲ δέσποινα ἡ τούτου σύνευνος ἀπὸ τῆς περιστάσεως ἀσθενήσασα καὶ ἐκτρωθεῖσα τῷ Αὐγούστῳ μηνὶ τοῦ αὐτοῦ ἔτους εἰς τὸ Παλαιόκαστρον τοῦ αὐτοῦ τῆς Λήμνου νησίου ἀπέθανε καὶ ἐτάφη. καὶ τῇ ιδ' τοῦ Σεπτεμβρίου μηνὸς τοῦ ,ϛϑνα' ἔτους ἐγεννήθη μοι ὁ ἕτερος υἱὸς Ἀλέξιος. καὶ τῷ Νοεμβρίῳ μηνὶ τοῦ αὐτοῦ ἔτους ἦλθεν εἰς τὴν πόλιν ὁ δεσπότης καὶ αὐθέντης μου. καὶ τῇ α' Μαρτίου ἔλαβε ἀπὸ τὸν βασιλέα τὴν Σηλυμβρίαν, καὶ ἀπέστειλεν ἐμὲ ἐκεῖσε διοικεῖν, καὶ οὕτως προσέταξέ μοι φυλάττειν αὐτὴν μετὰ ἐπιμελείας διὰ τὴν ὑποψίαν ἣν εἴχομεν ἐκ τοῦ ἀμηρᾶ καὶ τοῦ δεσπότου κὺρ Δημητρίου καὶ αὐτοῦ δὴ τοῦ βασιλέως.

19. Τῷ δὲ Ἰουνίῳ μηνὶ τοῦ αὐτοῦ ἔτους ἦλθεν εἰς Κωνσταντινούπολιν Λέων ὁ Φραγκόπουλος ὁ πρωτοστράτωρ, ὁ ἐπ' ἀδελφῇ υἱὸς τοῦ πάλαι μεγάλου πρωτοστράτορος Νικηφόρου τοῦ Μελισσηνοῦ, ὃν ἡ ἱστορία ἀλλαχοῦ ἐδήλωσε. διὰ τοῦτο καὶ τὴν ἐπιτροπικὴν τοῦ Μεσσηνιακοῦ κόλπου διῆρ-

11. ὁ om P 14. Σηλυβρίαν P 17. πρὸς τὸν βασιλέα τῶν Τούρκων καὶ τὸν δεσπότην κὺρ Δημήτριον καὶ αὐτὸν δὴ τὸν βασιλέα P 19. εἰκοστὸν P Ἰουλίῳ P 20. λέγων M

dem anni Constantinus despota, dominus meus, ad opem urbi ferendam per Lesbum proficiscens, coniugem despoenam secum abduxit. in Lemnum ut venit, universa eum classis Turcarum, quae dies ibi complures steterat, oppugnavit, sed divino auxilio factum est, ut conatu irrito discederet. despoena autem, eius coniux, ex eo casu morbo correpta, abortu facto, Augusto mense eiusdem anni Palaeocastri, quod est illius insulae oppidum, defuncta et sepulta est. duodecimo die mensis Septembris 6951 alius filius mihi natus est, Alexius: quo eodem anno, mense Novembri, despota et dominus meus in urbem advenit, et calendis Martiis ab imperatore Selymbria donatus, ad administrandam eam me ablegavit, cohortatus, ut eam diligenter custodirem, propter suspicionem, qua ameram et Demetrium despotam ipsumque imperatorem habebamus.

19. Mense Iunio eiusdem anni Cpolim venit Leo Francopulus, protostrator, filius sororis Nicephori Melisseni, magni quondam protostratoris, de quo alio huius historiae loco dictum est: qua de causa idem, nempe ut nepos illius magni protostratoris, iussu Theodori

χεν, ὡς τοῦ ῥηθέντος μεγάλου πρωτοστράτορος ἀνεψιός, προστάξει τοῦ δεσπότου κὺρ Θεοδώρου, ἕως οὗ παρέδωκεν αὐτὴν τῷ δεσπότῃ κὺρ Κωνσταντίνῳ, ὡς προγέγραπται. τότε ὁρισθεὶς κἀγὼ ἐκ τῆς Σηλυμβρίας ἐπανῆλθον εἰς Κωνσταντι- B νούπολιν. καὶ ἀναμεταξὺ τῶν ἀδελφῶν συμφωνίαι γεγόνασι τοιαῦται, ὅτι ὁ μὲν αὐθέντης μου ὁ δεσπότης Κωνσταντῖνος ἀπέλθῃ εἰς Πελοπόννησον καὶ τὸν τόπον ἅπαντα τοῦ δεσπότου κὺρ Θεοδώρου λάβῃ, ὁ δὲ κὺρ Θεόδωρος εἰς τὴν πόλιν ἔλθῃ καὶ τὴν Σηλυμβρίαν λάβῃ. ἃ δὴ καὶ ἐγένετο. καὶ τῇ δεκάτῃ Ὀκτωβρίου τοῦ ͵ςϠνβʹ ἔτους ὁ αὐθέντης μου ὁ δεσπότης ἐξῆλθε μετὰ νηὸς ἀπὸ τῆς πόλεως, καὶ πλεύσας εἰς Πελοπόννησον, καὶ πάλιν μετ᾽ αὐτῆς δὴ τῆς νηὸς ὁ δεσπότης κὺρ Θεόδωρος τῷ Δεκεμβρίῳ μηνὶ τοῦ αὐτοῦ ἔτους ἀπέσωσεν εἰς τὴν πόλιν· καὶ τῷ Μαρτίῳ μηνὶ παρέδωκα αὐτῷ τὴν Σηλυμβρίαν. καὶ ἐμβάντος μου εἰς νῆα τὴν ἐκ Κρήτης Ὑαλινᾶ Ἀντωνίου, εἰς τὴν τῆς Εὐρίπου Κάρυστον ἐπαφῆκέ με· καὶ τῇ τρίτῃ τοῦ Ἰουνίου διὰ τῆς ξηρᾶς ὁδοῦ ἔφθασα εἰς τὴν Σπάρτην. καὶ ὁ δεσπότης κὺρ Θεόδωρος ἐζήτει με τὰ πλεῖστα καὶ παρώτρυνε ἵνα καὶ τὴν Σηλυμβρίαν ἔχω καὶ τῶν πρώτων αὐτοῦ ὑποχειρίων εὑρήσωμαι. διερχόμενος οὖν κἀγὼ εὗρον καὶ τὸν Ἰσθμὸν οἰκοδομηθέντα παρὰ τοῦ αὐθέντου τοῦ δεσπότου κὺρ Κωνσταντίνου τῷ παρελθόντι ἔαρι. φθάσαντός μου οὖν εἰς τὴν Σπάρτην, μετά τινας ἡμέρας οὐ πολλὰς ἦλθεν εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν μετὰ πλείστων τριήρεων ὁ

2. ἐπιτρέψῃ P 16. κάριστρον M 17. διὰ ξηρᾶς ἔφθ. P

despotae Messeniaci sinus praefecturam procurabat, donec ea, ut supra narravimus, tradita est Constantino. tum ego quoque iussus Selymbria Cpolim redii, factaeque sunt inter fratres hae pactiones, ut Constantinus despota, dominus meus, in Peloponnesum discederet, et ditionem omnem Theodori despotae occuparet, Theodorus Cpolim veniret et acciperet Selymbriam. itaque factum est. decimo die Octobris 6952 despota, dominus meus, ab urbe navi in Peloponnesum profectus est, qua navi Theodorus despota mense Decembri eiusdem anni in urbem rediit, cui ego mense Martio Selymbriam tradidi, ingressusque navem Cretensem Antonii Hyalinae et Carystum ad Euripum delatus, tertio die Iunii pedestri itinere Spartam perveni. Theodorus despota autem vehementer me rogabat cohortabaturque, ut etiam Selymbriam gubernare vellem et e primis eius subiectis esse. in transeundo igitur Isthmum a Constantino, domino meo, aestate praeterita structum inveni; et diebus non multis post, quam ego Spartam veni, purpuratus et vicecancellarius et catholicus papae legatus multis triremibus Cpolim appulsus est propter Hungarorum re-

καρδινάλιος καὶ βικεκαγκελλάριος καὶ καθολικὸς τοῦ πάπα λεγάτος διὰ τὴν κατὰ τῶν ἀσεβῶν τοῦ ῥηγὸς τῆς Οὐγγρίας ἐξέλευσιν. ἐστάλην κἀγὼ αὖθις πρέσβυς πρός τε τὸν βασιλέα καὶ τὸν ἀμηρᾶν καὶ αὐτὸν δὴ τὸν ῥῆγα, ἀλλὰ δὴ καὶ πρὸς τὸν πρεσβευτὴν ἤτοι λεγάτον καὶ πρὸς τὸν καπητάνιον Ἀλουΐσιον Λαουρεδανὸν διά τινας ἀναγκαίας δουλείας, πρὸς οὗ προβῶσι τὰ πράγματα. διερχόμενος οὖν εἰς τὴν Κόρινθον τῇ λ' τοῦ Αὐγούστου μηνὸς ἵνα τὰς τριήρεις τοῦ στόλου φθάσω εἰς Εὔριπον, εὗρον τεθαμμένον τὸν καλοκἀγαθὸν Κορίνθου Μάρκον, ὃς καὶ ἐν τῇ αὐλῇ ἡμῶν ἐγεννήθη καὶ συνανετράφη ἡμῖν καὶ ὑπὸ τοῦ κακοῦ τῆς μητρυιᾶς αὐτοῦ πολλὰ πιεζόμενος μεγάλας θεραπείας παρὰ τῶν γεννητόρων μου εὕρισκεν, ὃς καὶ ἀναγκασθεὶς ἐκ τοῦ πολλοῦ κακοῦ ἔφυγε τοῦ πατρὸς αὐτοῦ καὶ εἰς τὴν τῶν Ξανθοπούλων μονὴν ἀπῆλθε καὶ χρησιμώτατος κατεστάθη. φθάσας οὖν ἐγὼ εἰς Εὔριπον καὶ μὴ εὑρὼν τὰς τριήρεις δι' ἄλλου πλευσίμου εἰς Λῆμνον ἀπέσωσα, κἀκεῖσε εὑρὼν τριήρην τινὰ βασιλικὴν ἀπεσώθην εἰς Κωνσταντινούπολιν κατὰ τὴν ἀρχὴν τοῦ Νοεμβρίου τοῦ ,ςϡνγ' ἔτους.

Καὶ τῷ αὐτῷ μηνί, ἑνδεκάτῃ, ὁ ῥὴξ τῆς Οὐγγαρίας ἀπεκτάνθη παρὰ τοῦ ἀμηρᾶ εἰς τὴν Βάρναν, τοιουτοτρόπως συγκροτηθέντος τοῦ πολέμου ἀνὰ τῶν Οὔγγρων καὶ Τούρκων. ὁ τοῦ ῥηγὸς στρατὸς ὑπερεῖχε κατὰ πάντα, ὁ δὲ Τούρκων

1. ἀντικαγκελλάριος P 2. οὐγκαρίας P 6. λαουρεδάνην P 7. οὗ] ὡς P 15. ἀπεκατεστάθη P

gis adversum impios expeditionem. quare ego rursus ad imperatorem, ameram, ipsumque regem, quin etiam ad legatum et praefectum Aloysium Lauredanum super negotiis quibusdam necessariis missus sum, exploratum, quo res procederent. ut veni Corinthum die Augusti tricesimo, triremes classis in Euripo consecuturus, sepultum reperi pium et bonum Marcum, Corinthi episcopum, qui et in aula nostra natus, et nobiscum educatus fuerat, et, ab iniusta noverca multum cruciatus, a parentibus meis non mediocria expertus erat solatia, sed tamen, adversissimis casibus exagitatus, patre relicto, in Xanthopulorum monasterium secessit, ubi vitam egit laudatissimam. in Euripum igitur ut veni, nec inveni triremes, alia navi Lemnum traieci, ibique reperta triremi quadam imperatoria, Cpolim delatus sum ineunte Novembri anni 6953.

Eodem mense, die undecimo, Hungarorum rex apud Varnam ab amera caesus est, pugna inter Hungaros et Turcas ita excitata. regis exercitus ubivis superior erat, et ameras cum omni concilio suo opportunitatem quaerebat recedendi, si possent: ingens enim timor et tremor

ἀμηρᾶς καὶ πᾶσα ἡ συμβουλὴ αὐτοῦ ἐζήτουν εὐκαιρίαν ἀναχωρῆσαι, εἰ δυνατὸν ἦν· πολὺς γὰρ φόβος καὶ τρόμος ἐνέπεσεν ἐπὶ τοὺς ἀσεβεῖς. οἱ δὲ τοῦ Οὔγγρου ἐκ τοὐναντίου μετὰ χαρᾶς καὶ τόλμης καὶ ἀνδρίας θαρσαλέως ἑστήκεισαν, ἐλπίζοντες ἵνα τῆς νίκης τύχωσι καὶ τὸν ἀμηρᾶν καὶ πάντας τοὺς αὐτοῦ αἰχμαλωτίσωσιν. ἐπὶ δὲ τὴν αὔριον θέλοντες οἱ Οὔγγαροι ἵνα τὸν πόλεμον κροτήσωσι, καὶ βουλῆς γενομένης ἀνὰ αὐτῶν, ὁ ῥὴξ καὶ ἕτεροί τινες διέκρινον λέγοντες ἵνα αὐτομάτως ὁ ῥὴξ τὸν πόλεμον συνάψῃ καὶ ἕως τῆς σκηνῆς τοῦ ἀμηρᾶ, εἰ δύναιτο, φθάσῃ, ὅπως ἡ φήμη τῆς νίκης καὶ τῆς ἀνδρίας αὐτοῦ κηρυχθῇ ἐν τῷ κόσμῳ· ῥᾴδιον γὰρ καὶ
44 ἐν εὐκολίᾳ ἐλογίζοντο τὴν νίκην καθ' ἑαυτούς. ὁ δὲ Ἴαγκος ὁ καὶ κυβερνήτης αὐτοῦ ὡς φρόνιμος καὶ πρακτικὸς ἐν πολέμοις τὰ ἐναντία φρονῶν ἔλεγε "τῆς τύχης τὸ ἄστατον οὐδεὶς οἶδε· διὸ ἡ βασιλεία σου οὐκ ἔστιν ἀνάγκη ἵνα τοιούτως ἐπιχειρισθῇς. ἐπικίνδυνόν ἐστι τὸ πρᾶγμα. ἀλλ' ἐγὼ πράξω ὅσα παρὰ τῆς βασιλείας σου προσταχθῶ· καὶ εἰ μὲν ἡ τύχη ἐμοὶ βοηθήσῃ, ἕως τῆς σκηνῆς τοῦ ἀμηρᾶ ἐγὼ ἀπελεύσομαι. καὶ εἰ μὲν ἡ νίκη ἕως τέλους ἔσεται εἰς ἡμᾶς καὶ ἐγὼ ἐπαναστρέψω, δόξα τῷ θεῷ, ἡ νίκη τῇ βασιλείᾳ σού ἐστι καὶ ἔσεται· εἰ δὲ ἀποκτανθῶ, οὐδέν ἐστι τὸ ἐμποδίζον ὑμᾶς. ἐμβλέψατε τὴν γνῶσιν τοῦ ὄφεως, ὃς πάντοτε τὴν κεφαλὴν σκέπων ὅλον τὸ σῶμα ὑγιαίνει· εἰ δὲ πληγῇ ἡ κεφαλή, ὅλον

3. δὲ οὔγκροι P 12. Ἴαγγος P, qui in margine: οὗτος ἦν τῷ γένει βλάχος, ὅνπερ καὶ ἰωάννην κυρβῖνον καλοῦσι. 15. τοιουτοτρόπως P 18. παρελεύσωμαι P 19. κἀγὼ ἀποδώσω δόξαν P

impios invaserat. Hungari contra laetabundi audacter et fidenter stabant, victuros se esse sperantes ameramque et universas copias eius oppressuros. itaque, quum postridie pugnam committere Hungari cuperent, concione habita, rex et alii quidam statuerunt, ut ultro ipse rex proelium consereret et ad tentorium amerae usque, si posset, penetraret, ut fama victoriam virtutemque eius toto orbe praedicaret. facilem quippe et nullius negotii victoriam fore arbitrabantur. at Iancus, gubernator eius, ut vir prudens et bello expertus, contraria sentiens, dixit: "fortunae inconstantiam nemo novit; nec ulla necessitas est, istud ut coneris. periculosum enim facinus est. at ego faciam, quidquid a maiestate tua iussus fuero; ac, si mihi faverit fortuna, penetrabo ad tabernaculum amerae. quod si usque ad extremum victoria nobis constiterit et ego rediero, gloria dei, victoria maiestatis tuae est eritque. sin occumbam, nihil idcirco vos remorabitur. intuemini serpentis prudentiam, qui semper caput tegendo totum corpus conservat, capite autem percusso, toto corpore perit. eodem modo, si maiestas

τὸ σῶμα ἀπόλλυται. τοιούτως καὶ εἰ ἡ βασιλεία σου ἐπιχειρισθῇς καὶ τοὐναντίον συμβῇ, ὃ δέομαι τοῦ κυρίου μου μὴ γένοιτο, πάντες ἡμεῖς προφανῶς ἀπολλύμεθα." ὁ δὲ ῥὴξ μὴ δεχθεὶς τὴν τοῦ Ἰάγκου βουλήν, τῷ πρωῒ συγκροτηθέντος πολέμου ἰσχυροῦ καὶ φοβεροῦ καὶ πολλὴ αἱματοχυσία καὶ σφαγὴ ἐκ τοῦ τῶν Τούρκων μέρους ἐγεγόνει. ὁ δὲ ῥὴξ φθάσας ἄχρις ἐγγὺς τῆς σκηνῆς τοῦ ἀμηρᾶ, ἐβούλετο φεύγειν ὁ ἀμηρᾶς· οἱ δὲ ἰαννιτζάριοι οὐκ εἴασαν αὐτόν, εἰ καὶ εἰς δειλίαν ἐνέπεσεν θεωρῶν τὸν ῥῆγα ἀνδρείως μαχόμενον, ἀλλὰ χειροπέδαις σιδηραῖς κρατήσαντες τὸν ἵππον αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἐδύνατο φεύγειν· οἳ καὶ ἠγωνίσαντο ἰσχυρῶς περὶ τῆς τοῦ ἀμηρᾶ σωτηρίας. ὁ δὲ ῥὴξ δι' ἄλλης ἀνδρείως μαχόμενος, ἵνα τὸν ἀμηρᾶν καὶ πᾶσαν τὴν ἀποσκευὴν αὐτοῦ κερδήσῃ, καί τις τῶν ἰαννιτζάρων τοὔνομα Χαμουζᾶς, ἐκ τῆς Πελοποννήσου ὁρμώμενος, τὸν ὄπισθεν πόδα τοῦ ἵππου τοῦ ῥηγὸς τρώσας ἀξίνῃ, ὃν ῥίψας κατὰ τοῦ ἵππου, καὶ ἐν τῇ γῇ πεσὼν σὺν τῷ ἀναβάτῃ, οὕτω δραμὼν αὐτὸν ἀποκεφάλισε· καὶ μετὰ ἀλαλαγμοῦ, ὡς σύνηθες τοῖς ἀσεβέσι, τὴν τούτου κεφαλὴν ὕψωσαν ἐπὶ δόρατος. καὶ ἰδόντες οἱ Οὔγγροι διεσκορπίσθησαν ἔνθεν καὶ ἐκεῖθεν, καὶ ἐν τῷ φεύγειν αὐτοὺς πολλοὶ ἑάλοντο καὶ ἐφονεύοντο· καὶ τοῦτο ἐκ τῆς κακῆς συμβουλῆς συνέβη. τῷ δὲ εἰρημένῳ ἰαννιτζάρῃ Χαμουζᾷ ὁ ἀμηρᾶς ἀνταμείψας τὴν ἀνδρίαν καὶ τόλμην αὐτοῦ φρουγγάριον τῆς

1. τοιουτοτρόπως P εἰ om P σου ζητεῖς ἐπιχειρισθῆναι καὶ εἰ τοὐν. P 6. φυγὴ M 12. ἀνδρείας P 17. οὕτω] καὶ οὗ P 20. πολλοὺς ἑάλωσαν καὶ ἐφόνευσαν P 21. βουλῆς P

tua impressionem fecerit, et secus res ceciderit, quod deum rogo ut ne fiat, manifestum est, nos omnes perituros esse." at rex, Ianci consilium aspernatus, sequenti luce proelio ingenti et horribili commisso, cum magna strage et caede Turcarum, ita prope ad tentorium amerae penetravit, ut is iam fugae se committere cogitaret. verum non dimiserunt eum iannitzarii, quantumvis timore perculsum, quum regem tam animose dimicantem videret, sed compedibus ferreis equum eius adstrinxerunt, ut fugere non posset, ac strenue dimicarunt de salute eius. interim rex viriliter pugnabat, amera cum omni eius apparatu potiri cupiens, quum quidam de iannitzaris, Chamuzas vocabulo, ex Peloponneso oriundus, posteriorem pedem equi regis, vibrata securi, vulneravit, eumque, cum equo humi prolapsum, consecutus occidit. tum laetis clamoribus, ut mos est impiis, caput hastili praefigunt. id ubi viderunt Hungari, huc illuc dissipantur, multique in fuga capti et interfecti sunt. hic igitur mali consilii eventus fuit. iannitzarum autem illum Chamuzam ameras, fortitudinem eius et au-

αὐτοῦ βίγλας τετίμηκεν, ὃ λέγεται τῇ αὐτῶν διαλέκτῳ ἰαννιτζάραγας, καὶ μετ' ὀλίγον καιρὸν καὶ βεζίρην αὐτὸν ἐποίησε.

Τῇ οὖν ιζ' τοῦ Ἰουλίου μηνὸς τοῦ αὐτοῦ ἔτους γέγονε παγκόσμιος καύσων καὶ ἄξιος μνήμης· ἐν ᾧ δὴ θέρει καὶ ὁ πνευματικὸς κὺρ Γρηγόριος ὁ Μελισσηνὸς πατριάρχης ἐγένετο. καὶ τῇ ιε' τοῦ Αὐγούστου μηνὸς ἐγεννήθη μοι υἱὸς Ἀνδρόνικος τοὔνομα, ὃς ἔζησεν ἡμέρας καὶ μόνον ὀκτώ. καὶ τῷ ,ϛϡνδ' ἔτει ἐν μηνὶ Δεκεμβρίῳ φθίνοντι ἐλθόντος μου εἰς τὴν Πελοπόννησον μετὰ τῶν τῆς Ἐνετίας ἐμπορικῶν τριήρεων, καὶ Σεπτεμβρίου πρώτῃ τοῦ ,ϛϡνε' ἔτους εὐηργετήθην τὴν ἡγεμονίαν τῆς Σπάρτης καὶ διοίκησιν καὶ πάντων τῶν πέριξ αὐτῆς, ἤγουν Κουλᾶ, Ἑβραϊκῆς Τρίπης, Τζεραμίου, Παγκότων, Σκλαβοχωρίου, καὶ πάντων τῶν ἄλλων αὐτῆς χωρίων, καὶ πάντα τὰ εἰσοδήματα αὐτῶν, ὡς οὐκ εἶχεν οὐδεὶς ἄλλος πώποτε τὴν τοιαύτην διοίκησιν. εἶπέ μοι δὲ καὶ τοῦτο ὁ αὐθέντης μου, "ἕνεκεν τῆς σῆς χρηστῆς δουλοσύνης καὶ τῆς ἐμῆς πρὸς σὲ ἀναδοχῆς καὶ ἀγάπης εὐηργετήσαμέν σοι τὴν B τῆς Σπάρτης διοίκησιν, καὶ οὕτως θέλω εἶναι καὶ αὕτη ὡς τῆς Κορίνθου καὶ Πάτρας, ὧν τὴν μὲν ἔχει ὁ Καντακουζηνὸς Ἰωάννης, τὴν δὲ Ἀλέξιος ὁ Λάσκαρις. καὶ γίνωσκε ὅτι ἕτερον μεσάζοντα οὐ ποιήσω πάρεξ τὸν Σοφιανὸν Εὐδαίμονα Ἰωάννην, ὃν ἔχω. ἀλλ' οὐδ' ἐνταῦθα εὑρήσομαι ἀεί, ἀλλὰ

1. ὃ — ἐποίησε om P   13. ἤτοι P   κεραμίου P   17. μου ὅτι ἐπεὶ ἕνεκεν P

daciam remunerans, drungarium biglae, qui ipsorum lingua iannitzagaras dicitur, ac brevi intervallo vezirem creavit.

Decimo septimo die mensis Iulii eiusdem anni, toto orbe aestus ingens et memorabilis fuit: qua aestate spiritualis pater Gregorius Melissenus patriarcha factus est. die decimo quinto mensis Augusti genitus est mihi filius Andronicus, qui dies tantum octo vixit. anno 6954, mense Decembri exeunte, mercatorum Venetorum triremibus in Peloponnesum profectus, die primo Septembris anni 6955 Spartae oppidorumque omnium adiacentium in circuitu, i. e. Culae, Hebraicae Tripes, Tzeramii, Pancotorum, Sclabochorii ceterorumque locorum, omniumque vectigalium praefectura et administratione cohonestatus sum: qualem praefecturam nemo unquam alius habuit. atque ita dixit mihi dominus: "propter studiosa officia tua, meamque erga te voluntatem et amorem, ornavi te praefectura Spartae, quam similem esse cupio Corinthiacae et Patrensi: quarum alteram Iohannes Cantacuzenus, alteram Alexius Lascaris habet. et scito, me alium ministrum non creaturum, praeter eum, quem habeo, Iohannem So-

διέρχομαι τὸν τόπον μου διὰ πολλὰ ὠφέλιμα· καὶ ὅταν μὲν εὑρήσωμαι εἰς τὴν Κόρινθον, προστάξω τὰς ἐμὰς ὑποθέσεις γίνεσθαι καὶ θεωρεῖσθαι καὶ τὰς τοῦ τόπου ἐκείνου μετὰ τοῦ Καντακουζηνοῦ καὶ τοῦ Εὐδαίμονος Ἰωάννου, καὶ ὅταν πάλιν εὑρήσωμαι ἐν Πάτρᾳ μετὰ τοῦ Λάσκαρι καὶ τοῦ Εὐδαίμονος Ἰωάννου, καταλιμπάνω τὸν Καντακουζηνὸν εἰς τὴν ἀρχὴν αὐτοῦ. ὅταν δὲ ἔσωμαι ἐνταῦθα, μετὰ σοῦ καὶ τοῦ Εὐδαίμονος Ἰωάννου καὶ ἄλλων. ἔτι ὅταν θεοῦ εὐδοκίᾳ λήψωμαι καὶ γυναῖκα, διὰ σοῦ ἕξω αὐτήν, καὶ ἐνταῦθα τὸν πλείονα χρόνον διαβιβάσω, καὶ σὺ ἔσῃ ὁ γνωστότερος ἐν πᾶσιν εἰς τὰ τῆς θεραπείας αὐτῆς. νῦν δὲ ἐγὼ μὲν ἀπέρχομαι πρὸς κρείττονα οἰκοδομὴν τοῦ Ἰσθμοῦ· σὺ δὲ ἐνταῦθα εὑρισκόμενος ἄρχου καλῶς τὴν ἀρχήν σου, καὶ παῦσον τὰς ἀδικίας καὶ τὰς ἐνταῦθα πολλὰς ἀρχάς, καὶ ποίησον πάντας μὴ ἔχειν ἄλλην ἀρχὴν πάρεξ σοῦ ὡς ἐμὲ μόνον αὐθέντην καὶ σὲ ἀντὶ ἐμοῦ. καὶ ἐὰν θέλῃς τοῦ μὴ ποιεῖν ἀδικίας καὶ φιλοπροσωπίας καὶ φυλάττῃς μᾶλλον τοὺς νόμους, ἕξεις τὸν μισθὸν ἐκ θεοῦ, καὶ ἐξ ἡμῶν εὐχαριστίαν. ἄπεχε τῶν δώρων, διὰ τί μὲν περὶ τῶν δωροδεκτῶν τάδε φησὶν ὁ χρυσοῦς τὴν γλῶτταν 'πῦρ κατακαύσει οἴκους δωροδεκτῶν καὶ καρδίας,' διὰ τί μὲν ἡ δωροδοκία διαφθείρει τὸ δίκαιον, καὶ τοσοῦτον ἀποτυφλοῖ ὡς καὶ ἀθώους ὑπὸ καταδίκην ποιεῖ. ἔτι δὲ καὶ ταύτας τὰς τρεῖς ἀρετὰς

1. διέξομαι P 7. ἔσωμαι] ἤμην M 8. ἔτι] ὅτι M 9. σῇ γνώμῃ P 12. τῆς ἀρχῆς P 14. πάντα M 18. διότι P 22. ἀπὸ καταδίκης P

phianum Eudaemonem. non autem semper hic ero, sed obeo regionem meam multis de causis: quumque Corinthi ero, leges meas servari et illius loci leges cum Cantacuzeno et Iohanne Eudaemone examinari iubebo; similiter quum Patris ero, cum Lascari et eodem Iohanne, relicto Cantacuzeno in praefectura sua, et quum hic ero, tecum et cum Iohanne aliisque. porro, si deo placuerit, ut uxorem ducam, per te eam ducam, ac plurimum temporis hic commorabor, et tu ceteris peritior eris earum rerum, quibus ei serviendum erit. nunc ad instituendam meliorem aedificationem Isthmi discedo: tu hic manens bene guberna provinciam tuam, tolle iniurias dominatuumque multitudinem, ac fac, ut ne aliud imperium praeter tuum noverint, sed me esse solum principem, te locum meum tenere agnoscant. quodsi nec iniuste egeris, nec personae habueris rationem, sed diligentissime leges servaveris, praemia a deo habebis, a nosmet gratiam. abstine ab accipiendis muneribus: de quo hominum genere Chrysostomus dicit: 'ignis comburet domos et corda eorum, qui dona accipiunt,' propterea, quod accepta dona pervertunt iustitiam adeoque excae-

δεῖ ἔχειν τὸν κριτὴν τὸν κρίνοντα λαὸν κυρίου καὶ ὁμοφύλους Χριστιανούς, πίστιν ὀρθὴν εἰς θεὸν καὶ εἰς τὸν προχειρίζοντα αὐτῷ τὸ ἀξίωμα, καὶ ἀλήθειαν ἀπὸ τῆς γλώττης, καὶ σωφροσύνην ἀπὸ τοῦ σώματος· καὶ ταῦτα πάντα καλῶς σε οἶδα φυλάττειν ἐκ νεότητός σου. καὶ ἐν ταῖς ἀποστολικαῖς διατάξεσιν οὕτως φησὶν ‛ἔστω ὁ κριτὴς ἀπροσωπόληπτος, μήτε πλούσιον ἐντρεπόμενος ἢ κολακεύων παρὰ τὸ προσῆκον, μήτε πενήτων φειδόμενος· οὐ λήψῃ γάρ φησι πρόσωπον δυνάστου, καὶ πένητα οὐκ ἐλεήσῃς ἐν κρίσει, ὅτι τοῦ θεοῦ ἡ κρίσις. δίκαιος τὸ δίκαιον διώξεται, καὶ οὐκ ἀρέσει τῷ δικαίῳ ἄδικόν ποτε." προσκυνήσας οὖν ἐγὼ αὐτὸν καὶ εὐχαριστήσας, ἀπῆλθεν εἰς τὸν Ἰσθμὸν τῇ κη΄ τοῦ αὐτοῦ Σεπτεμβρίου.

Τῷ δὲ Ὀκτωβρίῳ μηνὶ τοῦ αὐτοῦ ἔτους ἐξῆλθεν ἀπὸ τῆς Γλαρέντζας ἡ κυρία Ἑλένη, θυγάτηρ τοῦ κὺρ Θωμᾶ τοῦ δεσπότου, ἵνα ἀπέλθῃ εἰς τὴν Σερβίαν καὶ Λάζαρον τὸν υἱὸν κὺρ Γεωργίου δεσπότου ἄνδρα λάβῃ, ὅπερ καὶ ἐγένετο· καὶ διὰ τοῦτο καὶ δεσπότην καὶ αὐτὸν δὴ τὸν Λάζαρον ὁ βασιλεὺς κὺρ Ἰωάννης ἕνεκεν τοῦ φιλανθρωπηνοῦ Γεωργίου τετίμηκε. τῇ δὲ κζ΄ τοῦ Νοεμβρίου μηνὸς τοῦ αὐτοῦ ἔτους ἦλθεν ὁ ἀμηρᾶς κατὰ τοῦ Ἰσθμοῦ ἤτοι Ἑξαμιλίου· καὶ τῇ δεκάτῃ τοῦ Δεκεμβρίου μηνὸς παρέλαβεν αὐτὸν καὶ ἐπόρθησε.

9. ἡ κρίσις δικαία διὸ ὃς τὸ δίκαιον P   10. ἄδικος P, omisso ποτε   12. κϛη σεπτεμβρίου τοῦ αὐτοῦ ἔτους P, qui a verbis proximis incipit caput 21.   18. φιλανθρώπου M

cant, ut condemnes etiam insontes. praeterea his tribus virtutibus praeditum esse oportet, qui de populo domini et fratribus Christianis ius dicit: fide recta erga deum et erga eum, a quo dignitatem est consecutus: veritate oris, et temperantia corporis: quae omnia praeclare te inde ab adolescentia servare novi. idem in Apostolicis constitutionibus ita dicit: 'habeto iudex personarum nullam rationem, neve aut diviti indulgeat blandiaturque, aut parcat pauperi. non respicies enim, inquit, personam potentis, nec pauperum misereberis, quoniam est iudicium dei. iustus sequetur iustitiam, nec placebit illi unquam iniustitia." deinde quum osculatus eum essem egissemque gratias, die eiusdem Septembris 28 in Isthmum abiit.

Mense autem Octobri eiusdem anni Glarentza discessit Helena domina, Thomae despotae filia, ut in Serviam proficisceretur et Lazaro, filio Georgii despotae, nuberet, ut etiam nupsit. quare et despotam et ipsum Lazarum imperator Iohannes propter Georgium Philanthropenum honoravit. vicesimo septimo die mensis Novembris eiusdem anni ameras Isthmum sive Hexamilium oppugnatum venit, cepitque eum delevitque decimo Decembris. deinde Patram profectus, eam

καὶ ἀπελθὼν εἰς Πάτραν τὴν Πάτρας πόλιν μόνην παρέλαβε
καὶ ἐνέπρησε καὶ ἠφάνισε. καὶ τῷ Αὐγούστῳ μηνὶ τοῦ αὐτοῦ
ἔτους ἐστάλην πάλιν ἐγὼ εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν ὑπὲρ
πολλῶν τινῶν ὑποθέσεων καὶ περὶ τῆς Τραπεζοῦντος καὶ τῆς 45
Γοτθίας καὶ περί τινος συνοικεσίου διὰ τὸν αὐθέντην μου,
ἐπεὶ ἀπ' ἐκεῖσε προεσύντυχον· ἔνθα καὶ ἱερομονάχους καὶ ἐκ
τῶν ἀνθρώπων μου ἔστειλα ἐν ἐκείνοις τοῖς μέρεσι, ἐξαιρέτως
δὲ καὶ τὸν ἱερομόναχον Ἰσίδωρον τὸν καὶ ὕστερον χρηματί-
σαντα μητροπολίτην Ἀθηνῶν, μεθ' ὧν ἔγραψα. καὶ προσμέ-
νοντός μου ἐκεῖ τῷ Ἰουλίῳ μηνὶ τοῦ ͵ςϡνϛ' ἔτους ἀπέθανεν
ὑπὸ λοιμώδους νοσήματος ὁ δεσπότης κὺρ Θεόδωρος ἐν τῇ
Σηλυμβρίᾳ, καὶ κομίσαντες τὸ λείψανον αὐτοῦ ἐν τῇ πόλει
ἔθαψαν αὐτὸν ἐν τῇ τοῦ Παντοκράτορος μονῇ. καὶ τῇ ιε'
τοῦ Αὐγούστου μηνὸς τοῦ αὐτοῦ ἔτους ἀπέθανέ μοι ὁ υἱὸς B
Ἀλέξιος, ζήσας χρόνους ε' καὶ μῆνας ἕνδεκα· οὗ ὁ θάνα-
τος σφόδρα μου καθήψατο, οὐκ εἰδότος μου τοῦ ἀθλίου τὰ
μέλλοντά μοι συμβῆναι λυπηρότερα. καὶ τῇ λα' τοῦ Ὀκτω-
βρίου μηνὸς τοῦ ͵ςϡνζ' ἔτους ἀπέθανε καὶ ὁ βασιλεὺς κὺρ
Ἰωάννης ἐτῶν ὑπάρχων νζ' καὶ μηνῶν ι' καὶ ἡμερῶν ιε', καὶ
ἐτάφη τῇ πρώτῃ Νοεμβρίου ἐν τῇ μονῇ τοῦ Παντοκράτορος,
αὐτοκρατορήσας ἔτη εἴκοσι τρία μῆνας τρεῖς καὶ ἡμέρας
δέκα.

solam urbem cepit, combussit et evertit. Augusto mense eiusdem anni ego rursus Cpolim missus sum multis super negotiis, etiam de Trapezunte et Gotthia, et de quodam coniugio domini mei actum, illinc ante conditiones agitans: unde hieromonachos et quosdam de meis domesticis, in primis Isidorum hieromonachum, qui postea Athenarum metropolita fuit, in istas regiones cum litteris dimisi. ibi quum degerem, mense Iulio anni 6956 Theodorus dominus peste consumtus est Selymbriae: cuius corpus in urbem translatum et in monasterio Pantocratoris sepultum est. decimo quinto die Augusti mensis eiusdem anni mortuus est mihi Alexius filius, quum vixisset annos quinque et menses undecim: cuius obitus vehementer me afflixit, quando miser nesciebam, quae mihi acerbiora eventura essent. tricesimo primo die Octobris anni 6957 etiam imperator Iohannes diem obiit, annos natus septem et quinquaginta, menses decem, dies quindecim, primoque Novembris die in monasterio Pantocratoris sepultus est, regno potitus annos viginti tres, menses tres, dies decem.

ΒΙΒΛΙΟΝ Γ.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΒΑΣΙΛΕΙΑΣ ΚΥΡ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥ ΤΟΥ ΠΑΛΑΙΟΛΟΓΟΥ, ΚΑΙ ΤΗΣ ΑΛΩΣΕΩΣ ΤΗΣ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ ΚΑΙ ΕΤΕΡΩΝ ΤΙΝΩΝ.

46 1. Νοεμβρίου μηνὸς δεκάτῃ τρίτῃ τοῦ ͵ϛϡνζ ἔτους ἦλθεν εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν μετὰ νηὸς ὁ δεσπότης κὺρ Θωμᾶς, μὴ εἰδὼς τὸν τοῦ βασιλέως θάνατον· καὶ διερχόμενος τὴν Καλλιούπολιν ἔμαθεν αὐτόν. αὐτοῦ δὲ παραγενομένου ἔπαυσαν πολλῷ πλέον τὰ ὅσα δεσπότης κὺρ Δημήτριος καὶ οἱ αὐτοῦ σφετεριζόμενοι ἐνήργουν βασιλεῦσαι τοῦτον τὸν δεσπότην καὶ πορφυρογέννητον. ἀλλὰ παρὰ τῶν Κωνσταντινουπολιτῶν οὐκ ἄξιον εἶναι ἐκρίνετο, ζῶντος τοῦ πρώτου καὶ τοιούτου ἀδελφοῦ τοῦ ἐπὶ πάσαις ἀρεταῖς πρωτεύοντος· εἰ καὶ δυστυχὴς ἦν, ὅμως τὸ προσῆκον καὶ δίκαιον ἔπραξαν. προστάξει τῆς ἁγίας δεσποίνης καὶ τῶν υἱῶν αὐτῆς τῶν δεσποτῶν καὶ τῶν ἀρχόντων βουλῇ καὶ γνώμῃ τῷ ἀμηρᾷ ἐβουλήθησαν ἀκουτίσαι ὅτι καὶ αὐτὴ ἡ μήτηρ καὶ οἱ ἀδελφοὶ καὶ

